

lutum fit omne, inculcat *Sarctacrucius*. (b) *Balnea*, quæ tamen minoratâ jam materia parare *Forestus* recte monet, ne immaturè fusa materia copiosa nervos irruat, parali finq; inducat, ceu binis exemplis ex *Arculano* desumptis commonstrat. *Inunctiones*, ubi eximiè proderit oleum moscatae expressum cum Zibetto mixtum & umbilico inunctum &c: *Preparata aliquò modò* materia purgante clystere evacuanda est, cujusmodi supra descripsimus, vel R. Decoct. camomill. *unc.* vi. ol. rutac. *unc.* ii. mell. *unc.* iii. hier. pier. & benedict. laxativ. *ãã.* *unc.* s. M. F. *Clyster. Hartmannus* sequente solò dolorem cessare expertus est, quod R. juris pisor. *unc.* iii. extract. esul. *dr.* un. & s. bulliant simul ut extractum solvatur, adde ol. lin. *unc.* iiij. salis scrup. i. aut *dr.* s. sal. gemm. *dr.* i. M. quod injiciendum calidè. *Inijciendus* verò est omnis clyster purgans in affectu nostro inanitò iam Ventriculo, ne cruditates ex humorum crudorum affluxu in intestinis augeantur, dolorq; ingravescat, velut rectè monet *Septalius*. (c)

[a] Confer *Septalii animadvers* l. 7. n. 67. (b) *libr* 3. d. *impediment. magn. auxil.* c. 30. p. 381. (c) *libr.* 21. *obs.* 5. (d) *cit. loc.* p. 185. [e] *E. alleg.* loc. n. 69.

X X X I I I.

Hæc dum aguntur, per os etiam *incidentia* & *attenuantia* propinanda sunt, qualia syrup. d. menth. d. 2. & 5. rad. d. hyssop. d. cort. citr. aliiq; hujus farine syrupi. *Cathartica* etiam, præmissis d. m. præmittendis, exhibenda sunt quibus, ut infra quoq; monebimus, anodyna, dolor si nimis urgeat, admiscenda. *Riverius* [a] pilulis multum tribuit, quæ R. aloes opt. *dr.* i. laud. opiat. *gr.* iii. diagryd. *gr.* vi. easq; hora commodâ assumtas dolorem post horam sedare & humores evacuare noxios attestatur. *Forestus* medicamentum Præceptoris sui *Elidei* admodum laudat, quod